

Brigittanorum Novissimorum specialiter deputata Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Congregatio particularis nonnullorum Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium super negotio Brigittanorum Novissimorum specialiter deputata ex noviter deductis, & specialiter visis, & mature consideratis Constitutionibus Summorum Pontificum, censuit recedendum esse a Decreto alias die 5. Maji 1677. emanato, ac propterea declaravit Congregationem Brigittanorum Novissimorum esse veram Religionem sub Regula Sancti Augustini a Sancta Sede Apostolica in Congregationem erectam, diversam tamen a Religione Sanctissimi Salvatoris, seu Sanctae Brigittae ab Urbano VI., Martino V., Eugenio IV. erectam, & respective approbatam, & dictae Religionis Novissimorum profectos utriusque sexus esse, & reputari veros Religiosos. Romae 2. Julii 1681. = G. Cardinalis Carpeneus Archiepiscopus-San. Secr.

Proces Prioris Generalis.

§.1. Cum autem sicut dilectus filius Guillelmus ab Assumptione Prior Generalis Congregationis dictorum Fratrum Brigittanorum Novissimorum Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolice confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desideret: Nos specialem ipsi Guillelmo Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio d. Decreti.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Octobris MDCLXXXI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Componuntur a Pontifice variae lites ortae inter Archiepiscopum Mechliniensem, & ejus Diocesis Regulares exemptos.

Dat. 20. Maji 1682. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Um inter Venerabilem Fratrem modernum Archiepiscopum Mechliniensem ex una, ac dilectos filios Regularium Ordinum Professores Civitatis, & Diocesis Mechliniensis, qui ab Ordinaria Jurisdictione exempti sunt, ex altera partibus, nonnullae controversiae exorta, & in particulari Congregatione desuper a Nobis deputata pluries ventilata fuerunt: Ipsae vero partes, paternae charitati nostrae ad concordiam inter eas stabilendam benigne propense, humiliter obsequio morem gerentes, de controversiis hujusmodi inter se amicablem convenerunt, Nobisque humiliter supplicaverunt, ut opportune desuper providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Hinc est, quod Nos specialem Archiepiscopo, & Regularibus praefitis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac controversias praedictas ad Nos harum serie avocantes, omnemque litem super illis, seu earum occasione emanatam extinguentes, auctoritate Apostolica, tenore presentium statuimus, & ordinamus, ut in posterum dictus Archiepiscopus non possit exigere a praefatis Regularibus exemptis, & Apostolicae Sedi immediate subiectis, in eorum promotione ad Ordines, in benedictione Abbatum, & in licentis praedicandi, & confessionibus audiendi, ac in alia quacumque occasione, obedientiam cum juramento fidelitatis, sed tam ab Archiepiscopo, quam a Regularibus debeat accurate in similibus actibus observari forma, & dispositio Pontificalis Romani in Alma Urbe nostra novissime impressi: licitum, autem sit iisdem Regularibus gestare in publicis processionibus cum Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, Reliquias, & Imagines Sanctorum, hoc tamen servato, ut dictae Reliquiae, & Imagines portentur in principio processiones inter prima lumina, itant inter ipsas, & Sanctissimum Sacramentum sit rationalis, & competens distantia. In ipsis vero processibus procedatur cum omni debita modestia, & devotione, nec illae fiant per plateas, & vias mercatum, ac ubi Populus in profanis coetibus occupatus sit, non tamen liceat dictis Regularibus facere processiones hujusmodi extra Claustra suorum Conventuum, nisi duabus tantum vicibus in anno, una intra Octavam festivitatis Corporis Domini, & altera in una die Dominica, vel festiva de praecipuo tantum, determinanda ab iisdem Regularibus, cum approbatione praefati Archiepiscopi, intra terminum unius mensis; cum expressa tamen declaratione, quod quidquid supra stabilitur circa praedictas processiones, non intelli-

Lites hujusmodi pluries examinate fuerunt.

Proces partium pro compositione ad litem.

A Pontifice nonnullae sunt Ordinationes circa Obedientiam cum juramento.

Circa gestationem Reliquiarum.

Circa Processiones.

telligatur suffragari illis Societatibus, & Confraternitatibus, quae in Ecclesiis ipsorum Regularium erectae, aut illis adscriptae sint. Occurrente autem aliqua publica, & gravi causa, quae reiterationem similium processuum requireret, non possint Regulares eas facere absque praecedente expressa licentia praefati Archiepiscopi, qui eo casu poterit providere secundum dictamina propriae prudentiae, & pietatis. Porro liceat iisdem Regularibus exemptis in eorum Ecclesiis absque alia memorati Archiepiscopi licentia, horis vespertinis exponere venerationi Populi praefatum Sanctissimum Sacramentum in Ostensorio, diebus, & festis infra scriptis: Videlicet, in omnibus Dominicis anni, in festis Nativitatis Domini, Sancti Stephani, Sancti Joannis Evangelistae, Circumcisionis Domini, secundo, & tertio diebus Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, in festo Ascensionis Domini, in Octava Corporis Domini, in omnibus Beatissimae Virginis Mariae festivitatis de praecipuo, in festis Sanctorum Apostolorum, in die Omnium Sanctorum, in die Dedicationis Ecclesiae, in festivitate Protectoris ejusdem, intra mensem a Regularibus eligenda, si Ecclesia plures uno habuerit, in diebus Dedicationis Sancti Michaelis Arcangelii, Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, ac Sanctorum Petri, & Pauli, & in festivitate Fundatoris Ordinis. Ac pariter licitum sit, ut supra praefatis Regularibus exemptis exponere iisdem horis vespertinis, sed in Ciborio, praefatum Sanctissimum Sacramentum singulis quintis feriis, aut alio die feriato intra terminum unius mensis, ut supra eligendo; licita quoque sit, ut supra expositio in Ostensorio mane tempore Missae principalis, in iis tamen locis tantum ubi haec tenus consuetum est, in diebus festivis tantum infra scriptis: Nemp Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, Corporis Domini, & matutino tempore illius diei intra Octavam Corporis Domini, qua processio supra enuntiata fiet, ac in festivitatibus Assumptionis B. Mariae Virginis, & omnium Sanctorum. In omnibus autem expositionibus supra dictis non possit populo dari nisi una tantum benedictio cum Sanctissimo Sacramento; nec idem SSimum Sacramentum possit eodem die publice exponi in pluribus Altaribus ejusdem Ecclesiae, nec postquam in uno Altari expositum fuerit, ad aliud Altare, ut ibi pariter exponatur, transportari valeat. Quod si Sacra Communio eodem tempore quo Sanctissimum Sacramentum expositum sit, administranda fuerit, id fiat in Altari diverso, sumendo Sanctissimum Sacramentum ex Ciborio, & finita Communione reponatur in Tabernaculo, aut ita velo tegatur, ut conspici non possit. Denique circa idem Sanctissimum Sacramentum dum expositum fuerit, debeant ardere ante illud continuo saltem decem Candelae ex cera candida, & pariter ibidem assistere absque intermissione duo Religiosi genulexi.

Circa expositionem SS. Sacramenti.

Clausula.

§.1. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores,

judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. Maii MDCLXXXI., Pontificatus nostri Anno Sexto.

Confirmatur Pontificis Decretum, quo vetitum fuit Conventibus Carmelitarum Congregationis Mantuanae electio Sociorum ad Generale Capitulum mittendorum.

Dat. 12. Julii 1682. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Um Nobis innotuisset, in Congregatione Mantuana Fratrum Ordinis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo ex praescripto Constitutionum ipsius Congregationis servari, ut quilibet Conventus, in quo sex Fratres in Sacro presbyteratus ordine constituti de familia residerent, suum eligeret socium, qui ad Capitulum Generale d. Congregationis accederet in coque voti, sive suffragii prerogativam haberet. Verum, ejusmodi Sociorum electionem, & ad Capitularia comitia accessum non solum praefata Congregationi, ejusque Conventibus multum adferunt dispendii, sed etiam prorsus inutiles esse, cum finis, cujus gratia introducta fuerat hujusmodi Sociorum electio, aut cessasset, aut variis artibus eluderetur, aut aliunde melius obtineri valeret, quin etiam eorumdem Sociorum in Capitulis Generalibus interventum electionibus, aliisque actibus ibidem fieri solitis, quo minus recte, atque ordine fierent, multum impediamenti, atque perturbationis inuere. Nos die 16. Martii proxime praeteriti, attentis praemissis, aliisque justis de causis animum nostrum moventibus, expresse mandavimus, ut occasione tam Capituli Generalis tunc de proximo, quam aliorum quorumcumque in perpetuum celebrandorum, nullatenus a Conventibus dictae Congregationis Mantuanae deveniretur ad electionem Sociorum

Electio dictorum Sociorum juxta Constitutiones Congregationis.

Causae non permittendi hanc electionem.

Decretum S. Pontificis eam reprobat.

& quatenus pro tunc imminente illorum electio secuta fuisset, sic electi non possent ad illud se transferre, & si qui ad locum pro eodem Capitulo destinatum jam se contulissent, in eo suffragari minime valerent, sub poenis contra facientes privationis officiorum, ac vocis activae, & passivae, aliisque arbitrio nostro imponendis, & alias, prout in Decreto desuper jussu nostro die praedicta expedito; cujus tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Utilitas hujus Decreti.

§.1. Cum autem (sicut accepimus) novissime praeteritum Capitulum Generale praefatae Congregationis Mantuanae subinde absque dictorum Sociorum interventu juxta dispositionem dicti Decreti nostri celebratum fuerit, indeque experientia cognitum sit ipsius Decreti observationem eidem Congregationi multum emolumenti, atque utilitatis attulisse, ac proinde facile sperari possit, eam in futurum quoque non minus utilem, atque proficuum fore.

Illud confirmatur a Pontifice Motu proprio sub certis poenis.

§.2. Hinc est, quod nos firmiori ejusdem Decreti stabilimento ex commissa nobis coelitus dispensationis munere providere, ac memoratae Congregationis commodis, & utilitatibus, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, ne de cetero cujuscumque Capituli Generalis dictae Congregationis Mantuanae pro tempore celebrandi occasione, ejusmodi Socii a Conventibus ipsius Congregationis ullo modo eligantur, nec ad Capitulum Generale hujusmodi pro tempore celebrandum accedere, in eoque suffragari audeant quovis modo, seu praesumant, sub privationis officiorum, ac vocis activae, & passivae per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, aliisque nostris, seu pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio imponendis poenis, tenore praesentium perpetuo prohibemus, & interdicimus.

Clausulae.

§.3. Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, nec causa propter quas ipsae praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, vel justificatae fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, pia, & privilegiata Causa, praetextu, colore, vel capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesione, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuumque expressionem requirentem defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris, seu Constitutionum Congregationis praefatae reduci, seu adversus illas oris apertionis, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas praesentes literas, semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & in-

tegrus effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari.

§.4. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere-Legatos, & Apostolicae Sedis Nuntios, aliove quolibet quacumque praerogativa, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dictorum Ordinis, & Congregationis Mantuanae, ejusque Conventuum quorumcumque, & aliis quibuscumque, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque Indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ordini, & Congregationi, & Conventibus, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis quibuscumque, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries, & quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII Junii MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXIV.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Ord. Carthusien., quo statuitur, ne quis utatur privilegiis aliorum Regularium in nonnullis casibus sine consensu Rev. P., aut Capituli Generalis.

Dat. 31. Julii 1682. An. 6.

Pri.

Privilegia aliorum Regularium d. Ordini concessa fuerunt a Greg. XV. Const. ed. 1623., Febr. 3. P. 2. ab Alexandro III. confirmatus fuit Ordo Const. ed. 1176., Sept. 2., P. 17., & ab hoc Pontifice approbata fuere illius nova statuta Const. ed. 1688., Martii 27. P. 12., item extat confirmatio alterius Decreti Capituli pro quadam Taxa. Const. ed. 1682. Aug. 24. P. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Causa d. Decreti extitit abusus Privilegii a Greg. XV. concessi.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Carthusien., quod cum sel. rec. Gregorius PP. XV. praedecessor noster eidem Ordini Privilegia aliis Regularibus concessa gratis communicaverit, Capitulum Generale dicti Ordinis anno 1679. celebratum, ut statuta ipsius Ordinis, quae praecipue ob solitudinem, & silentium, specialia, & strictiora, quam aliorum Ordinum sunt, illibata servaret considerans, ex communicatione privilegiorum hujusmodi aliquos ejusdem Ordinis Monachos inveniri, qui sibi placencia licere putarent, & praetextu opinionum quorundam Theologiae moralis Doctorum de hujusmodi privilegio nimis large sententiam, atque etiam quorundam verborum in ipsis Literis Apostolicis contentorum, quae pro suo captu interpretabantur, statuta praedicta penitus evertere conarentur, illaque per privilegia hujusmodi abrogata esse censentes, se iidem privilegia sui debere pertinaciter asserere, ad pracludendam tot erroribus viam, praevertendamque animarum perniciem, quae inde potuisset exoriri, decretum, seu Statutum edidit tenoris, qui sequitur videlicet. Ex Sedis quidem Apostolicae gratia Ordo gaudet communicatione Privilegiorum aliorum Regularium Ordinum, ut patet ex Bulla Gregorii PP. XV. sed ne ullus unquam abusus ex tam amplis privilegiis irrepit inter nos contra mentem Ordinis, & ipsius Sedis Apostolicae, quae juxta exigentiam temporum, privilegia ipsa explicat, aut restringit, statuimus, & ordinamus, ne ulla persona Ordinis possit uti privilegiis aliis Regularibus concessis circa casus, censuras, & dispensationes, quae in nostris Statutis expressa non habentur, absque scitu, & consensu Rev. Patris, aut Capituli Generalis, ad quod pertinet privilegiorum istorum dispensatio. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Procurator Generalis Statutum, seu Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summo desiderio. Nobis propterea dilecti etiam filii Superioris Generalis dicti Ordinis, ac Capituli Generalis praedicti nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Decretum, Capituli Generalis.

Preces Superioris ac Procuratoris Generalis.

§.1. Nos igitur Superiorem Generalem, & Procuratorem Generalem praefatos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innolata existant ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore

censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, praesertim Decretum, seu Statutum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio supra relati Decreti.

Clausulae.

§.2. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam in Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur; quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXXI Jul. MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXV.

Transfertur Indulgentia Plenaria perpetua in Festis SS. Placidi, & Mauri ad Festa SS. Zoili, & Felicis in Monasterio S. Zoili de Corriola Palentinae Diocesis.

Dat. 24. Aug. 1682. An. 6.

Praedicta Indulgentia in Festis SS. Placidi, & Mauri concessa fuit a Clemens X. Constitut. ed. 1671., Dec. 19. pag. 2.

INNOCENTIUS P. P. XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbas, & Monachi Monasterii Sancti Zoili Loci de Carrion Palentinae Diocesis Ord. Sancti Benedicti, quod inter alias Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes Christianis Ecclesiae Ordinis ejusdem S. Benedicti visitantibus, a diversis Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris concessas, sel. rec. Clemens Papa X. Praedecessor pariter

Hh 2

No.

A Clemen. X. concessa fuit pax. Indulgentia in festis S. Benedicti, Scholasticæ, Placidi, & Mauri.

Nollet, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus, vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quoruncumque Monasteriorum, tam Monachorum, quam Monialium Regulam Sancti Benedicti profitentium, eatenus erectis, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus in Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ, ac Placidi, & Mauri festis diebus, necnon die decima tertia Novembris, qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti Commemoratio ibidem fieri solet a primis Vesperis, usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitasset, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, quo die ex prædictis id egerint plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino in perpetuum concessit, prout in literis Apostolicis desuper in simili forma Brevis die decima nona Decembris 1671. expeditis uberius continetur.

Preces Abbatum, & Monachorum.

§.1. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat præfata Ecclesia Monasterii S. Zoili de Carrion a Christianidelibus illarum partium, diebus festis Sanctorum Placidi, & Mauri, minus frequentetur, majorque ad illam confluat Fidelis Populi multitudo in diebus Festis Sanctorum Zoili, ac Felicis Martirum quorum Corpora (ut pie creditur) in eadem Ecclesia honorifice collocata sunt. Nobis propterea d. Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Translatio præfate Indulgentiæ.

§.2. Nos igitur supplicationibus eorumdem Abbatum, & Monachorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Indulgentiam plenariam diebus festis Sanctorum Placidi, & Mauri concessam, ut præfertur, quoad Ecclesiam Monasterii S. Zoili de Carrion dumtaxat in diebus festis eorumdem Sanctorum Zoili, & Felicis Martyrum: itaut Christianifideles vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, qui de cætero eandem Ecclesiam in diebus festis memoratorum Sanctorum Zoili, & Felicis a primis Vesperis, usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi, ut supra oraverint, quo die prædictorum id egerint eandem plenariam Indulgentiam omnium peccatorum suorum, & remissionem consequantur, quam consequerentur si in ipsis festivitibus Sanctorum Placidi, & Mauri Ecclesiam prædictam visitarent, servata tamen cæteroque supradictarum literarum forma, & dispositione, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo transferimus; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die XXIV. Aug. MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de electione S. Ignatii Loyolæ in Patronum Regionis Cantabriæ.

Dat. 7. Sept. 1682. An. 6.

Similem electionem S. Josephi habes Constit. ad 1671. Apr. 19. P. 3.

INNOCENTIUS PP. XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sac. Ritibus præpositorum emanavit ad favorem dilectorum filiorum Communitatum, ac Universitatum, & hominum, Civitatum, & Locorum, Regionis illius Cantabriæ, quæ Hispanicè Vizcaya nuncupatur Decretum tenoris, qui sequitur: videlicet. Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eius, & Rûni Dñi Cardinalis Columnæ, cognita causa, quod Regio illa Cantabriæ, quæ Hispanicè Vizcaya nuncupatur per omnium Civitatum, & Locorum suffragia elegit sibi Patronum unicum Sanctum Ignatium de Loyola Societatis Jesu Fundatorem ob præstantem eius Sanctitatem, & specialem omnium propensionem in eum, utpote illius dominatus originarium, & hujusmodi electio facta fuit servatis servandis juxta Decretum super electione Sanctorum in Patronos ab eadem Sacra Congregatione jussu fel. rec. Urb. VIII. sub die 23. Martii 1630. emanatum, prædictam electionem approbavit, & confirmavit: Et de præfato S. Ignatio, ut præfertur in unicum Patronum principalem sic electo, prærogativas omnes eisdem unicis Sanctis Patronis principalibus competentes decrevit, juxta tamen Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, & ad formam Constitutionis ejusdem Urbani VIII. super observatione festorum die 13. Septembris 1641. edit. hac die 22. Augusti 1682. Cæs. Card. Fachennus = Bernardus Casalius Sac. Rituum Congregationis Secretarius.

Decretum præd. Congregationis.

Preces Populorum.

§.1. Cum autem sicut pro parte Communitatum, ac Universitatum, & hominum præfatorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, Apostolicæ confirmationis nostre patrocinio communitari plurimum desiderent: Nos specialem, ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prælate Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

§.2. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis aucto-

Clausula.

auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Dat. Romæ apud S.M. Majorem sub Annulo Piscatoris die VII. Septembris MDCLXXXII. Pontificatus nostri anno Sexto.

CXVII.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum quo declaratur, licere Monachis Carthusien. Papiæ insituere Processionem in Festivitate Corporis Christi apertis Januis intra Claustra.

De Privilegiis Carthusianorum vide Const. ed. 1682. Julii 31. P. 6. Item Constit. ed. 1688. Octob. 18. P. 6.

INNOCENTIUS PP. XI.

Ad futuram rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris qui sequitur, videlicet. In Congregatione Sacrorum Rituum proponente Eius, & Rûno D. Cardinali Ludovico, discussa causa controversæ processionis fieri solite solemnitate SS. Corporis Christi verten. inter Monachos Carthusianos Papiæ, & Promotorem Fiscalem Mensæ Episcopalis ejusdem Civitatis, eadem Sacra Congregatio utraque parte hinc inde audita, & informante, declaravit licere Patribus Carthusiæ Papien. facere Processionem in festivitate Corporis Christi apertis Januis intra Claustra, & ita decrevit die 22. Augusti 1682. = Cæs. Cardinalis Fachennus = Bernardus Casalius Sac. Rit. Congregationis Secret.

Decretum Congr. præd. contra Promotorem Fiscalem Mensæ Episcopalis Papiæ.

Preces Prioris, & Monachorum.

§.1. Cum autem sicut pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Monachorum Monasterii Papien. Ordinis Carthusien. Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, Apostolicæ confirmationis nostre patrocinio communitari plurimum desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus; salva tamen in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem præsentem literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari. Sicque in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quo-

quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. §.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Septembris MDCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXVIII.

Confirmatur Summarium Indulgentiarum, & facultatum Confraternitati Servorum, sive Septem Dolorum B.M.V. concessarum.

Dat. 24. Oct. 1682. An. 7.

Alia Indulgentia huic Confraternitati concessa fuerunt Constit. ed. 1681. Septem. Pont. 5.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti filii Vicarii Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum Beate Mariæ Virginis, quod nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri quasdam Indulgentias, seu peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes Confratribus, & Confratribus Confraternitatis sub titulo Servorum, sive Septem Dolorum ejusdem Beate Mariæ Virginis erectæ, & institutæ, sub certis modo, & forma tunc expressis concesserint, ac Priori Generali, eoque absente Vicario Generali dicti Ordinis similes Confraternitates erigendi, & instituendi, illisque Indulgentias, seu peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes hujusmodi communicandi facultatem tribuerint; Summarium earumdem Indulgentiarum, aliarumque gratiarum consecutum, ac de mandato Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositæ a quodam ipsius Congregationis Consultore cum originalibus Literis Apostolicis concessionum hujusmodi collatum, & recognitum fuit, tenoris, qui sequitur.

Plures Indulgentiæ, & facultates concessæ fuerunt d. Confraternitati.

Summarium Indulgentiarum recognitum.

Indulgenze della Compagnia di S. Maria de Servi, detta de Sette Dolori.

I.

La Sa. me. di Paolo V. rivocando tutte l'Indulgenze concesse da' suoi Prædecessori, concede ad ogni fedel Christiano dell' uno, e dell' altro sesso, che pigliarano il solito Abito della Beata Vergine de Servi, & entreranno nella predetta Confraternità nel primo giorno del loro ingresso, se veramente pentiti, e confessati, si comunicaranno, Indulgenza plenaria.

Indulgentia plenaria nel giorno, che si veste l'abito.

II.

Alli Confrati, e Sorelle di detta Confraternità, che nel giorno della Festa Principale di detta Confraternità dalli primi Vespri, fino al tramontar del Sole, veramente pentiti, confessati, e comunicati divotamente visiteranno la Chiesa, dove è eretta detta Confraternità, & ivi pregaranno Iddio con devote Orazioni per la concordia de' Principi Christiani, estirpazione dell' Eresie, esaltazione della Santa Madre Chiesa Indulgenza plenaria.

Nel giorno della Principale Festa.

III. In

III.

In articolo di morte alli detti Confratelli, e Conforelle, che pentiti, e confessati, e comunicati, o non potendo ciò fare, almeno veramente pentiti invocarono divotamente il nome di Gesù con la bocca, se potranno, o col cuore, Indulgenza plenaria, e remissione di tutti i peccati.

V.

In oltre alli Fratelli, e Conforelle parimente pentiti, confessati, e comunicati, che similmente visiteranno la Chiesa, Cappella, o vero Oratorio della detta Confraternità nella Natività, Annunziata, Purificazione, & Assunzione della Beata Vergine da primi Vesperi, fino al tramontar del Sole di dette Feste, e pregaranno Iddio, come sopra; sette anni, e tante Quarantene.

V.

A quelli, che intervengono alla Processione da farsi per detta Confraternità in una Domenica del mese con licenza dell'Ordinario, se faranno pentiti, confessati, e comunicati, come sopra; tre Anni, e tante Quarantene.

V.

A quelli, che ogni Venerdì in memoria, & onore della Passione di Gesù Cristo Signor Nostro recitaranno cinque Pater, e cinque Ave, pregando Iddio per l'esaltazione di Santa Madre Chiesa, se nel medesimo giorno, si faranno confessati, e comunicati, sette anni, & altrettante Quarantene.

VII.

A quelli, che accompagneranno il Santissimo Sacramento dell'Eucaristia all'Infermi, pregando Iddio per loro salute, ogni volta cinque anni, e tante Quarantene.

VIII.

A quelli, che insieme recitaranno l'Offizio della Beata Vergine nella Chiesa, ovvero Oratorio di detta Confraternità; cento giorni d'Indulgenza.

IX.

A predetti Fratelli, e Conforelle, che faranno presenti, & intervengono alle Messe, & altri Divini Offizj da celebrarsi, e recitarsi da detti Confratelli nella Chiesa, ovvero Oratorio di detta Compagnia, o intervengono alle Congregazioni pubbliche, o private di detta Confraternità in qualsivoglia luogo si faranno, ovvero accompagneranno i corpi de loro Defonti Confratelli, o di qualunque altro alla Sepoltura, ovvero faranno qualunque altra opera pia, o caritatevole ogni volta sessanta giorni d'Indulgenza.

X.

Con facoltà al Padre Generale dell'Ordine de'Servi pro tempore erigere, & istituire dette Compagnie de'Laici dell'uno, e l'altro sesso nelle Chiese dell'Ordine, dove sia Convento almeno di sei, o cinque Frati professi Sacerdoti del suo Ordine con licenza, e consenso dell'Ordinario del Luogo, e di comunicar loro tutte le sopradette Indulgenze, e grazie spirituali servata la forma della Costituzione di Clemente VIII. Quaecumque &c. Dat. Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 14. Februarii 1607.

XI.

L'istesso Sommo Pontefice concede Indul-

Nel punto di morte.

Altre Indulgenze in alcune Feste.

Nella Processione del Mese.

Nel giorno di Venerdì.

Nell'accompagnamento del SS.Sacramento.

Nella recitazione dell'Offizio.

Nella presenza allo Messa, e Divini Offizj &c., e nel fare opere pie.

Il Generale dell'Ordine puole fondare altre Confraternità, secondo il Breve di Paolo V.

genza plenaria, e remissione di tutti i peccati a i Fratelli, e Conforelle delle dette Confraternità canonicamente erette nelle Chiese dell'Ordine, che intervengono divotamente alla Processione solenne solita farsi dalla Confraternità ogni terza Domenica del mese nelle Chiese sudette veramente pentiti, confessati, e comunicati divotamente pregando per la concordia de' Principi Christiani, estirpatione dell'Eresie, & esaltazione della Santa Madre Chiesa. Dat. Romae die decima Martii 1611.

XII.

E perche non in tutti i luoghi è solito farsi detta Processione nella terza Domenica del mese, l'istesso Sommo Pontefice concede Indulgenza plenaria alli Fratelli, e Conforelle della detta Compagnia, che intervengono divotamente alla detta Processione in una qualsivoglia Domenica del mese, che si farà nelle Chiese dell'Ordine, conforme alla consuetudine delle Città, e Luoghi, se veramente pentiti, e comunicati, e pregaranno Iddio, come sopra sub Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris die 7. Junii 1611.

XIII.

L'istesso Sommo Pontefice da facoltà al Generale pro tempore, & in assenza al di lui Vicario Generale dell'Ordine de' Servi d'erigere, & istituire nelle Chiese dell'Ordine Confraternità conforme alla forma prescritta di sopra, e comunicar loro dette Indulgenze, ancorchè non vi abitino almeno cinque Frati Sacerdoti professi, & in oltre concede, che i Fratelli, e Sorelle delle Compagnie sudette, innanzi li 14. Febbrao 1607. istituite in Chiesa, dove non fossero almeno cinque Sacerdoti professi godano tuttavia l'Indulgenze della Compagnia, facendo l'opere prescritte. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris 28. Julii 1607.

XIV.

La Sa.me. d'Urbano VIII. concede al Prior Generale dell'Ordine de' Servi, facoltà anco di erigere la sudetta Compagnia nelle Chiese de' Secolari, con il consenso però espresso dell'Ordinario del Luogo, e Rettore di dette Chiese, e conforme alla prescritta forma di Paolo V. ne' Brevi sopradetti, e di comunicar loro tutte l'Indulgenze da detto Paolo V. concesse alla medesima Confraternità, & inoltre di poter il Prior Generale per una sol volta destinare nelle dette Chiese Secolari li Sette Altari, che divotamente visitati dalli Confratelli, e Sorelle di questa Confraternità da erigersi in virtù di tal facoltà conceduta da Urbano VIII., e osservando essi l'altre cose per guadagnare le dette Indulgenze, e grazie spirituali, che questi le conseguiscano, come nel Breve dato li 18. Settembre 1628.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Vicarius Generalis, & Procurator Generalis praefati, praemissa, quo firmius subsistant Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis Vicario Generali, & Procuratori Generali gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa la-

Indulgentia plenaria in occasione d'ogni terza Domenica.

Facoltà data al Padre Generale, o Vicario Generale da Clemente VIII.

Altra facoltà conceduta da Urb. VIII.

Preces Vicarii, & Procuratoris.

tis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicat ionibus eorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Summarium praesertum, cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Summarii.

Clausula.

§.2. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illas ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut eorumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibita, vel offensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Octobris MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXIX.

Confirmatum Decretum Card. Protectoris circa abrogationem Commissariorum Generalium pro Provinciis Indiarum Orientalium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

De Commissariis Generalibus Indiarum, vide Urbani VIII. Const. ed. 1625., Novem. 20. 6.3.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX debito pastoralis officii, quod inscrutabilis Divinae Sapientiae altitudo humilitati nostrae, viribus licet, & meritis longe impari, imponere dignata est, paternam Christianissimum, qui est fluctibus saeculi in portum vitae religiose confugerunt, curam peculiari charitate assidue gerentes, ea, quae pro felici, prosperoque illorum regimine, & gubernio provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma, & illibata subsistant, Apostolici muniminis praesidio, cum id a nobis petitur libenter corroboramus.

Species facti.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ambrosius ab Assumptione Frater expressis professus, ac Procurator Provinciarum

S. Thomae Apostoli, & Matris Dei in Indiis Orientalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod Venerabilis Frater Noster Alderanus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Cybus nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector inherendo quibusdam patentibus literis a dilecto filio Petro Marino Sormano Generali ejusdem Ordinis die 21. Maji proxime praeteriti emanatis, easque opportune declarando, & quae deerant supplendo, decrevit, & mandavit, ne de caetero Commissarii Generales ad dictas Provincias amplius deputentur, variaque ordinationes fecit, tam circa deputationem Praesidium, & Coniudicum, qui Causas appellationum in eisdem Provinciis cognoscant, & sine debito pro ut juris fuerit terminent, quam circa Commissarios ad visitandas Provincias hujusmodi, celebrandaque illorum Capitula Provincialia deputari solitos, necnon circa praecedentiam dictis Praesidibus decernendam, & alias, prout uberius continetur in ipsius Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris Literis patentibus desuper expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.2. Alderanus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Cybo Seraphici Ordinis S. Francisci apud S. Sedem Protector.

§.3. Dilectis Nobis in Christo Patribus Provincialibus, Provinciae Patribus, Custodi, Diffinitoribus, ceterisque aliis Patribus, & Fratribus Provincialium nuncupatarum S. Thomae Apostoli, & Matris Dei in Indiis Orientalibus salutem, & divinorum Christum incrementum. Fr. Ambrosius ab Assumptione Provinciae Matris Dei Pater, & Commissarius Generalis Terrae Sanctae, quem procuratorio nomine ad Capitulum Generale, & ad Romanam Curiam protulitque praesentis Provinciae negotiis ablegatis, exhibuit Nobis quassam Literas patentes Patris Petri Marini Sormani Moderni Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci datas in Conventu S. Joannis Regum Toleti sub die 21. Maji 1682. quarum tenor est, quod attempta petitione per dictum Procuratorem nomine vestro ei oblata, visis, & praevia consultatione nonnullorum Patrum graviorum mature perpenis rationibus per vos, Procuratoremque vestrum praesentibus exhibitis, ne imposterum ob maximam paupertatem, & angustiam, qua vestrae Provinciae premuntur, Commissarii Generales ad easdem Provincias deputentur, praesentibus Minister Generalis tum ad evitandos maximos sumptus in deputatione, & Millione dictorum Commissariorum fieri consuetos, tum etiam ut electiones vestrae majori cum pace, ac sine alicujus potentia perfici possent, statuit atque decrevit dictas Provincias vestras ab hujusmodi onere, & dispendiis eximere, ac proinde tales Commissarios Generales non amplius deputare, nec ab aliis imposterum deputandos fore, prout in dictis Literis patentibus expresse, & latius continetur. Cumque idem Fr. Ambrosius ab Assumptione easdem literas patentes auctoritatis, protectionisque nostrae robore muniri, & confirmari humiliter postulaverit. Nos firmo permanente ipsarum literarum tenore, quem hic pro inserto habere volumus, aliquibus tantummodo pro majore claritate, & faciliore executione immutatis, atque ordinatis, decernimus pariter, & mandamus praesentibus Commissarios Generales ad dictas

Decretum Card. Protectoris cum altero Ministri Generalis.

Interdictum fuit missio de Commissariis, & permissa electio Praesidis, ac iudicum appellationum.